



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

An voluntas præcesserit illud peccatum. M

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

nem plene excusat: sed fortasse ut min^o puniatur.
 Vnde Augustinus ad Valentinum, Eis aufertur excusatio, quia mandata Dei nouerunt: quam solent August de habere homines de ignorantia. Et licet grauius sit gratia & li- peccare scienter quam nescienter: non ideo tamē ^{ver. arb. in} confugiendum est ad ignorantia tenebras, vt in ^{fine cap. 1.} eis quisquam excusationem requirat. Aliud est e- ^{tomo. 7.} nūm nescisse, aliud scire noluisse: quia in eis qui in- ^{ibid. cap. 3.} telligerē noluerunt, ipsa ignorantia peccatum est; ^{ad meatum.} in eis vero qui non potuerūt, poena peccati. Ignorantia vero quæ non est eorum qui scire nolunt, sed qui tanquā simpliciter nesciunt, nullum sic ex- cusat ut æterno igne nō ardeat, sed fortasse ut mi- nus ardeat. Non igitur mulier excusationem ha- buit de ignorantia, cū & mandatum nouerit, & peccatum esse secus agere non ignorauerit.
Vnde processerit consensus illius peccati, cum natura homi- nis esset incorrupta.

L

Solet etiam queri, cum sine vito esset natura hominis, vnde cōsensus mali processerit? Ad quod responderi potest, quia ex libero arbitrio propriæ voluntatis fuit. In ipso enim & in alio causa extitit vt fieret dexteror. In alio, quasi in diabolo qui suasit: In ipso, quia voluntate liberi arbitrii con- sensit. & cum liberum arbitrium sit bonum, ex re- vtique bona, mal^o ille cōsensus prouenit: & ita ex bono malum manauit. De hoc autem in sequenti plenius tractabimus, cum origo mali, & in qua re coalescat inuestigabitur.

An voluntas præcesserit illud peccatum. M

Si vero queritur. Vtrum voluntas illud pecca- tum præcesserit? Dicimus quia peccatum illud & in voluntate, & in actu constitit: & voluntas actū præcessit, sed ipsam voluntatem alia hominis vo- luntas mala non præcessit, atque ex diaboli per- suasione, & hominis arbitrio illa voluntas mala prodiit: quæ iustitiā deseruit, & iniquitatē inchoa- uit: & ipsa voluntas iniquitas fuit. Bb 5 Qua-